

quoties fuerit opportunam, confessiones fidelium eorumdem, etiam non temporum, & huiusmodi confessionibus diligenter auditis, pro commissis debitam fidelibus ipsa absolutionem impendendi, & injungendi poenitentiam salutarem, nisi forte talia fuerint, propter quae Sedes Apostolica sit merito consulenda plenam, & liberam tenore praesentium concedimus facultatem.

Dat. Avinioni tertio Kal. Martii, Pont. nostri anno 3.



CONST. VI.

URBANI VI.

Ordinem B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum laudat; Prohibetque Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiae Praelatis, ac Indulgentias, & privilegia illius fratribus concessa interpretari praesumant.

AN. D. V. R. B. A. N. V. S. E. P. I. S. C. O. P. V. S. Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & fratribus Domus S. Mariae de Mercede Captivorum Barchinonensis, Ordinarii Augustini salutem & Apostolicam benedictionem.


§. 1. Lociosa semper, & ubique laudabilis de Mercede Captivorum Religio, in qua Ecclesiae Christi adversus fidei hostes, & in proximorum utilitatem plurimum deservit, promeretur, ut ipsa nos sincera diligentes in Domino charitate, ea vobis libenti animo concedamus, per quae, omnis turbationis causa remota, sancti instituti vestri suavior exequutio procuretur.

§. 2. Nuper siquidem pro parte vestra conquisitio proposita est quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, & alii Praelati Ecclesiastici vestris libertatibus derogabant, indulgentias, seu privilegia vobis ab Apostolica Sede concessa interpretando, & ad suum intellectum trahendo; ac praesertim, quod vos, juxta ipsorum interpretationem, privilegiis ipsis uti, & non aliter compellunt, quod in non modicum damnum vestrum emergit, super quo nobis fuit humiliter supplicatum, ut cura, & diligentia paterna de opportuno remedio provideremus.

§. 3. Nos vestris supplicationibus inclinati, ne praefati Archiepiscopi, sive Episcopi, & alii Ecclesiae Praelati dicta privilegia, & indulgentias (etiam si dubia contineant) de cetero interpretari praesumant, auctoritate praesentium districtius inhibemus. Volentes insuper, ut (cum ejus sit interpretari, cujus est condere) interpretatio super huiusmodi dubiis a Sede Apostolica requiratur.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beati Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Petrum decimo Idus Junii, Pont. nostri anno primo.



CONST. VII.

NICOLAI V.

Commendat Ordinem B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum; ipsamque cum omnibus suis personis, & bonis, diversis Summorum Pontificum constitutionibus jam exemptum, & sub immediata protectione Sedis Apostolicae receptum, iterum ab omnimoda jurisdictione Ordinariorum eximit, ac exemptum declarat.

AN. D. N. I. C. O. L. A. V. S. E. P. I. S. C. O. P. V. S. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

L. Audibus, & honore dignissima a cunctis fidelibus de Mercede Redemptionis Captivorum Religio, quae

ab ejus institutione fecti, cum ceteri gloria totum fuit divulgata per Orbem, ac immensitate virtutum contra hostes orthodoxae fidei militando semper emicuit, promeretur, ut ipsam, ejusque personas, & bona libera & exempta, faciamus, & eaque reddamus ab omni perturbatione secura loca.

§. 1. Nuper siquidem charissimus in Christo Filius noster Alfonso Rex Aragonum Illustris, nobis significare curavit, quod licet dudum Praedecessores, seu Reges Aragonum, qui fuerunt pro tempore zelo devotionis excitati, quam plurimum Christi fidelium, quos impii Saraceni fidei Catholicae hostes assidue capiebant, captivari compatiens, illorumque redemptionibus suis, & aliorum Christi fidelium suffragiis consulere satagentes, Apostolicae Sedis ad id auctoritate suffulti, Monasterium B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Barchinonense de novo fundaverunt, & exerunt, instituentes inter caetera, quod Fratibus, & Religiosis dicti Ordinis officium, curaque assidua circa Captivorum praedictorum Redemptionem, & Christi fidelium elemosynarum ad Redemptionem eandem summe necessarium existeret; ex quo quidem Ordine, qui per diversas Mundi, praesertim totius Hispaniae partes, ac provincias amplius existit, ejusque Monasteria jam pluribus notabilibus aedificiis constructa reperiuntur; Tamen Fratres, & Religiosi Ordinis praedicti, a locorum, in quibus degunt Ordinarii Ordinem ipsum, & illius Fratres ac Religiosos, sibi, eorumque jurisdictioni ordinariae subiectos esse praetendentibus, super charitativis subsidiis, aliisque tributis & exactionibus per Ecclesiasticas suarum diocesium personas non exemptas eisdem Ordinariis persolvi solitis. Similiter per fratres, & Religiosos d. Ordinis de bonis per ipsos a Christi fidelibus pro dictorum Captivorum redemptione elemosynaliter, & ostiatim mendicatis exolvendis per amplius gravantur, & inquietantur; praesertim etiam Magister Generalis, Priores, sive Commendatores Ordinis, & Religionis huiusmodi in eorum jurisdictione circa dicti Ordinis subditas, & inferiores personas ad ipsorum ordinariorum curias illico confugientes, in visitationibus, & correctionibus faciendis multipliciter impediuntur. Unde dictorum Captivorum Redemptionis fructus adeo salutaris & necessarius aliquando diminuitur. Unde Ordo, religiosa Monasteria, & illius, illorumque religiosae personae, ac bona, si a praedictorum Ordinariorum jurisdictione plenarie eximerentur, absque dubio fructus huiusmodi non parum ampliaretur. Quare pro parte ejusdem Nobis fuit humiliter supplicatum; quatenus dictum Ordinem Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, ac illius Religionem, necnon praefatum Beatae Mariae de Mercede Barchinonense Monasterium, quod ejusdem Ordinis caput existit, omniaque alia, & singula Monasteria, illius domos, & loca, necnon Magistrum Generalem, Priores, Praeceptores, sive Commendatores, Fratres, Religiosos, aliasque personas, & bona tam mobilia, quam immobilia, praesentia, & futura Ordinis, Monasteriorum, Domorum, locorum, Magistri Generalis, Priorum, Praeceptorum, Commendatarum, Fratrum, & Religiosorum praedictorum praesentium, & futurorum ubilibet consistentium ab omni superioritate, jurisdictione, & obedientia tam praesentium, quam futurorum Archiepiscoporum, & aliorum quorumcumque ordinariorum locorum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, Domus, & loca, necnon Magister Generalis, Priores, seu Commendatores, Fratres, & Religiosi, ac illorum bona praedicta existant, perpetuo eximere, & liberare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur attendentes quanta utilitas, quantaque honor fidei Christianae ex huiusmodi Religione provenit, huiusmodi supplicationibus inclinati, praefatum Beatae Mariae omniaque alia, & singula illius Monasteria, domos, & loca; necnon Magistrum Generalem, Priores, Commendatores, Fratres, & Religiosos, aliasque personas, & bona tam mobilia, quam immobilia praesentia, & futura Ordinis, Monasteriorum, domorum, locorum

Ordinem B. Mariae de Mercede, & ea sub immediata protectione Sedis Apostolicae receptum declarat.

Magistri Generalis, Priorum, Præceptorum, seu Commen-
datorum, fratrum, & Religiosorum prædictorum præsen-
tium, & futurorum ubilibet consistentium ab omni supe-
rioritate, jurisdictione, & subiectione, & obedientia quo-
rumcumque tam præsentium, quam futurorum Archie-
piscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumcumque
ordinariorum locorum, in quibus Ordo, Religio, Mona-
stria, Domus, & loca, Magister Generalis, Priores, seu
Commendatores, fratres, Religiosi, & eorum bona prædi-
cta existant, siue pro tempore extiterint, auctoritate Apo-
stolica tenore præsentium plenarie eximimus, & libera-
mus, & exemptos, exemptas, & exempta perpetuo esse de-
cernimus, atque declaramus. Necnon illos, & illa, ac bo-
na, & res huiusmodi Sedi Apostolicæ, & Romanæ Ec-
clesiæ immediatè subijcimus.

Derogatio
generorum

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Clementis
Pape Quinti prædecessoris nostri, & aliis Apostolicis,
constitutionibus, necnon Monasteriorum, & Ordinis præ-
dictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio for-
nalis

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ exemptionis, liberationis, constitutionis, de-
clarationis, & subiectionis, infringere, vel ei ausu teme-
rario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpse-
rit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ
quinto id. Aug.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ
1448. Quinto Idus Augusti, Pont. nostri anno 2.



CONST. VIII.

SIXTI IV.

Concedit Pontifex quinque, vel sex fratribus
Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis
Captivorum, & singulis eorum sociis, ut toties
quoties pro ipsa Redemptione ad Infideles
mittantur, & Captivis semel in vita, possint ab-
solvī ab omnibus peccatis etiam Sedi Aposto-
licæ reservatis: Et omnibus prædictis in mor-
tis articulo plenariam omnium peccatorum
suorum remissionem, ac indulgentiam.

Ejus An. D. S I X T V S E P I S C O P V S,
1478. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

Tunc Pastoralis officii debitum exercere censemus,
dum Sacre Religioni astrictarum, ac pro liberatio-
ne, & Redemptione Christi fidelium in miserabili capti-
vitate, & servitute Saracenorum detentorum laboran-
tium, pro tempore deputatarum personarum necnon fi-
delium eorundem animarum salutem procuramus.

Causa huius-
modi

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Genera-
lis & fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Captivorum,
sub regula S. Aug. quem claræ memoriæ Jacobus Ara-
gonum Rex fundavit, elemosinis à Christi fidelibus pia
largitione acquisitis, fideles apud Saracenos eosdem in
dicta captivitate, & servitute detentos, ne nomen Christi
blasphement, & abnegent ipsius fidem, redimere consue-
verint; ac anno proximè præterito Centum octoginta
Christianos apud Saracenos in servitute huiusmodi de-
tentos præfatis elemosinis ab eadem servitute redeme-
rint, & propriæ libertati restituerint.

Fratri huius-
Ordinis præ-
fati ab illis
ab omnibus
faciatis uti
Sedi Apo-
stolicæ, ut
supra in rubr.

§. 2. Nos cupientes animarum saluti Generalis, & fra-
trum dicti Ordinis; necnon per illos ad redimendum di-
ctos Captivos ejusdem Ordinis fratrum, ac eorum socio-
rum pro tempore deputatorum, ac Captivorum huiusmo-
di consulere, auctoritate Apostolica tenore præsentium
perpetuò statuimus, & ordinamus, ut Generalis, & fratres
dicti Ordinis præsentis tantum; ac pro Redemptione
huiusmodi quinque vel sex dumtaxat deputati, & pro
tempore deputandi fratres, & singuli eorum socii; nec-
non Captivi præsentis, & futuri, quemcumque Presbyte-

rum secularem, vel regularem in suam possint eligere
confessorem, qui eorum confessione diligenter audita, eos
& ipsorum quemlibet à quibusvis excessibus, delictis, cri-
minibus, & peccatis per eos commissis, de quibus ore
confessi, & corde contriti fuerint, etiam si talis forent pro-
pter quæ Sedes Apostolica esset merito consulenda: Sci-
licet Generalem, & fratres præsentis tantum, ac in capti-
vitate detentis semel in vita dumtaxat; & deputatos, &
pro tempore deputandos ad Redemptionem Captivo-
rum, ac socios eorum huiusmodi toties quoties pro ip-
sa Redemptione ad ipsos Infideles mitterentur, absolvere,
& penitentiam salutarem injungere; ac quæd ipsi om-
nibus in mortis articulo plenariam omnium peccatorum
suorum remissionem, & indulgentiam, in sinceritate fidei,
unitate Sacre Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & devo-
tione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum
Pontificum canonicè ipsantium consistentibus, dicta au-
thoritate largiri possint, & valeant.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus, ac quibusvis aliis literis Apostolicis suspensionum,
& revocatione plenariarum Indulgentiarum quarumcum-
que tam à nobis, quam à sel. record. Calixto tertio, Pio
secundo, & Paulo etiam secundo Romanis Pontificibus
prædecessoribus nostris, cum quibusvis etiam derogato-
riarum derogatoriis, ac aliis fortioribus, & infolitis clau-
sulis emanatis, & à nobis emanandis, quorumcumque te-
norum existant; etiam si in illis expressè caveatur, quod
eis nullatenus, aut nisi sub certis modis, & forma tunc
expressis derogari possit, quarum vim & effectum ad præ-
missa non extendi debere decernimus, pariter & declaramus,
ceterisque contrariis quibuscumque

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ ordinationis, constitutionis, declarationis, &
statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare præsumpserit indignationem omni-
potentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum
ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ
1478. Septimo Kal. Novembris, Pont. nostri anno octavo.



CONST. IX.

LEONIS X.

Confirmat Pontifex privilegia Ordini B. Mariæ
de Mercede Redemptionis Captivorum per
diversos Summos Pontifices concessa, plura-
raque alia indulget. Necnon omnia, & sin-
gula gratias, privilegia, & indulta Mendican-
tibus Ordinibus, & eorum personis, ac locis
ab Apostolica Sede concessa, concedit.

L E O E P I S C O P V S, S E R V V S
Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Dum grata Deo, & accepta hominibus charitatis
opera, quæ dilecti filii fratres Ordinis B. Mariæ de
Mercede Redemptionis Captivorum omni studio, quo
nos modo deductis in Urbem septuaginta utriusque se-
xus Christi fidelium per dictos fratres nuper ab impia
Saracenorum servitute non parvo pretio redemptis ocu-
lata fide perspiciamus, exercere non desinunt, animo vo-
luimus, dudum quam necessaria sit huiusmodi Redem-
ptio ad obviandum periculis animarum, quas tam dura
servitus premit; mente complectimur, ea dicto Ordini,
& de eo ad dictæ Redemptionis opus bene merentibus
personis libenter concedimus, per quæ divinum hoc
pietatis officium erga Christi pauperes propensius in-
dies valeant exercere. Et ea, quæ propterea à Prædeces-
soribus nostris pia consideratione concessa fuisse digno-
scentur, ut eo firmius inconcussa persistant, quo fuerint
crebrius Apostolico circumfusa præsidio, dudum à no-
bis petitur, nostrarum approbationis, & innovationis
munimine roboramus.